



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 74. Xaverius Comorinenses Neophytes adjuvans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

fluentem ad meliorem frugem horta-
Sæcul. XVI.
tus est, multosque ingeniosis, quas A.C. 1542.
charitate Magistra didicerat, artibus,
atque obsequiis Christo lucrifecit: cum
autem Evangelii progressibus vehe-
menter obstaret libidinosæ voluptatis
amor, nec non plures simul uxores
habendi consuetudo, hæc imprimis ma-
la impugnavit, atque imperio adeo nul-
lis limitibus circumscripto exulare fe-
cit, ut nullus hisce sceleribus implici-
tus Xaverii conspectum subire auderet;
unde plus quam quadringenta præten-
fa ejusmodi connubia ejus jussu irrita
declarabantur, ac nefandæ pellicum
consuetudines, quibus antea non pau-
ci arctissimis juxta ac fortissimis vin-
culis erant innexi, feliciter dissolve-
bantur, adeo, ut tandem in Goano
Regno Christianæ Religionis cultus
reflorescere videretur.

§. LXXIV.

*Xaverius Comorinensis Neophytos
adjuvans.*

Rebus fidei ita Goæ dispositis Xave-
rius suam sollicitudinem extendit
ad Piscariæ oram prope Peninsulam
quamdam, quæ citra Gangem e regio-
ne Tenarifinæ Insulæ inter Comorinum

Sæcul. XVI promontorium & Crovensem alveum
A.C. 1543 sita est. Evidem huic regioni jam
 olim Christi fides fuit illata: ast tum
 Pastorum, qui ad hanc gentem mitte-
 bantur, socordia, tum populares tu-
 multus Christianæ disciplinæ vestigia
 ferme penitus deleverant, hinc Fran-
 ciscus in hisce Christianis veræ Reli-
 gionis studium usumque innovare cœ-
 pit, tam prospero laboris successu, ut
 brevi in novum populum ex crescere
 cernerentur. Porro iidem ut peren-
 nem haberent Christianæ legis prædi-
 cationem, in patriam linguam preca-
 tiones ac Catholicæ fidei capita verti
 curavit, demumque cuncta ferme tem-
 pila & pagodas, seu idola per univer-
 sam oram everti, Ecclesias vero ac Sa-
 cella in cunctis oppidis ac villis exstrui
 jussit, accidente Pro-Regis auctoritate
 nec non opitulantibus Lusitanis, qui-
 bus hi populi vectigales erant.

§. LXXV.

*Ferdinandus Norimbergam ad co-
 mitia delatus.*

Cum interea Christianæ fidei lux tam
 late Indiarum regiones illustraret,
 Religio in Europa gravissimis agitaba-
 tur tumultibus, insuperhabitibus crebris
 ad-